



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

Deum, ipsiusque opera, comprehendi non posse: nec, quæ occulta sunt,
inquirenda, curiosique perscrutanda esse. cap. iii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

torum. Non præterit eum vlla cogitatio, non abscondit se ab eo vllus sermo. Mag-
nalia sapientiae suæ decorauit, qui est ante seculum & usque in seculum. Non in-
creuit nec decreuit. Opera omnis carnis coram illo sunt: & non est quicquam
absconditur ab oculis eius. Quasi lumen figuli in manu illius plasmare illud
& disponere: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundū iudicium
suum. Multa est sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine inter-
missione: & ipse agnoscat omnem operam hominis.

Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax; & penetrabilior omni gladio ancipiti, & per-
tingens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medulla-
rum, & discretor cogitationum cordis. Et non est creatura inuisibilis coram ipso:
omnia autem nuda & aperta oculis eius, ad quem nobis est sermo.

Basil. Nihil prouidentiae expers est, nihil neglectum apud Deum. Omnia per vigil ille oculus
intuetur, omnibus presto est, salutem vnicuique subministrans. Si echinum extra prosp-
ctum suum & curam Deus non reliquit, an tua non inspeabit?

Nihil ipsum preterit, nihil ipsi futurum est, sed omnia praesentia sunt: & quæ à zo-
bis longè ante expectantur, tanquam iam praesentia, à diuino oculo perspicuntur.

Nyssen. Qui ubique est, in nulla parte priuatim percipitur, ut qui vniuersum æquè comple-
tatur.

Irenai. Deus certo modo atque ordine cuncta efficit: neque apud eum quicquam mensura caret.
quandoquidem nec quicquam numeri expers est.

Didymus. Solius diuinitatis est animi cogitationem intueri.

Philonis. Omnia implevit Deus, atque omnia peruersit: nec quicquam inane, atque à se remotum
reliquit. Ecquem enim locum quissimam obtainere queat, à quo Deus absit? Etenim ante
res omnes conditas Deus est, atque ubique reperitur. Nefarius atque impensis est, quisquis
diuinum oculum aliquid contemnere putat.

DEVM IPSIVS QVE OPERA COMPRE-
hendi non posse: nec quæ occulta sunt, inquirenda, curiosèque per-
scrutanda esse. CAP. III.

Exod. 33. T dixit Dominus ad Moysen, Non poteris videre faciem meā.
Non enim videbit me homo, & viuet.

Psal. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non
potero ad eam.

Eccle. 1. Qui addit scientiam, addit dolorem.

Esa. 40. Cui similem fecistis Deum? aut quæ imaginem ponetis ei?
Nunquid sculptile conflauit faber, aut aurifex auro figura-
uit illud, & laminis argenteis argentarius?

Sap. 9. Infatuatus est omnis homo à scientia. Cogitationes mortalium timidæ, & K
incertæ prouidentiae nostræ. Difficile aestimamus quæ in terra sunt, & quæ in pro-
spectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in coelis, quis inuestigabit?

Eccle. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi
Deus, illa cogita semper. Non enim est tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt,
videre oculis tuis. In superuacuis rebus eius ne fueris curiosus. Plurima enim su-
per sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplauit suspicio eo-
rum: & in vanitate detinuit sensus illorum: & qui amat periculum, in eo peribit.

ii. ibid. De negotio, quo opus non habes, ne contendas. Mirabilia opera altissi-
mi solius, & gloria & absconsa & inuisiva opera illius hominibus. Quis inue-
stigabit magnalia Dei? Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciabit? aut quis

P A T A L L E L A .

3

A adiicit enarrare misericordiam eius? Non est minuere nec adiicere: nec est inuenire magnalia Dei. Cūm consummauerit homo, tunc incipiēt: & cūm quieuerit, operabitur.

Deum nemo vidit vñquam, &c.

Rex regum, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, ^{Ia. I.} ^{1. Tim. 6.} & lucem habitat inaccessibilem: quem nemo vidit hominum, sed nec vide-re potest.

Si de Deo, quippiam loqui aut audire studes, missum fac corpus tuum, missos fac cor- Basil. de poreos sensus. Desere terram, desere mare, supra aërem assige, anni partes præte-

Bri, temporum ordines, terræ ornamenta. Supra aetherem te attolle, stellas pertransi, ea que illis mira insunt, earum ornatum, magnitudinem, vsum, splendorem, situm, procreationem.

Ne queras ea que indagari nequeūt. Neque enim inuenies. Quid enim ea queris? A quo Idē Epist. eorum cognitionem haurire queas? A terra? At non existebat. Amari? At nondum erat hu- ad Am- mida. A celo? Ac nondum extensum erat. A Sole & Luna? Nondum conditi erant. A se- phil. culis? At ante secula erat Vnigenitus. De eo, qui sempiternus est, ne ea, que minimè sem- piterna sunt, interroga. Quod si mihi non obsequeris, sed rixari cupis, in scitiam tuam ri- deo, in modo potius, temeritatem deploro.

Iis, quæ scripta sunt, fidem adhibe: quæ scripto prodita non sunt, ne quære. Operæ pretiū

C est scire quid loqui oporteat, quid silere. Non omnia linguae committenda sunt: ne aliqui idem tibi quod oculo accidat, qui dum Solem totum intueri ntititur, eam quoque, qua prædi- tis est, lucem amittit.

Quantus sit Deus, quæque ipsius mensura, & essentia, aliaq; id genus, interroganti qui- In Ma- dem periculosa sunt: ei autem, qui interrogatur, ita perplexa, ut explicari nequeāt. Silen- māt. mar- tum autem huinsmodi rerum medicina est.

Qui animum suum non deiicit, nec ad imitationē Apostoli dicit, Fratres, ego meipsum In Ps. 115. nondum arbitror comprehendisse, verū essentia diuinæ cognitionem rimatur, ac cogita- tionis sue modulo ea, que nullius ingenio comprehendendi possunt, metitur, tantumque dunta- xat, quantum ipse animo suo complexus est, Deum esse censet, ac denique mentē suam rerum

D omnium mensuram constituit, nec illud secum reputat, facilius esse vasculo exiguo totum mare metiri, quam humana mente Dei maiestatem omni sermone præstantiorem arripere atque amplecti, ille incassum inflatus, & elatus vanitate mentis sue, dicere nō potest, Cre- didi propter quod locutus sum.

Ex Scriptura sacra didicimus, menti nostræ permittendum non esse, quicquam, præter ea que nobis concessa sunt, imaginari.

Dei quidem nūquam non meminisse pium est, atque eiusmodi, ut eo mens diuinō amore Idē tract. predata satiari nequeat. At res diuinæ sermone prosequi, audax sane facinus est: quippe de fide. cum & mens à rerum dignitate procul excidat, & sermo, ea que in animum & cogita- tionem subierint, tenuiter & obscurè declareret. Cum igitur & mēs nostra rerum magnitu- dine atque præstantia longè inferior sit, & rursus oratio cogitationi ipsi cedat, quid tan- dem afferrī potest, quin necessarium sit silentium, ne ob sermonis vilitatem eximia & ad- miranda diuinarum rerum magnitudo periclitari videatur?

Lingua atque anima cohoreSCO, cum de Deo loquor. Atque etiam hunc ipsum lauda- Nazār. bilem & beatum affectum vobis opto.

Humilis ac modestus meo quidem iudicio is censendus est, non qui parua & seipso loqui- orat. de tur, idque ad paucos, ac raro, nec qui deiectionem humiliiter alloquitur: sed qui de Deo parce pōder. in verba facit: atque alia dicere, alia silentio premere, aliorum denique in scitiam confiteri dispu- nouit, eique cedit, cui sermonis cura commissa est: atque aliquem spiritualiorem esse & quo seru. animo fert, & in contemplatione prouectiorem.

Cum omnis oratio suapte natura imbecillis sit, facilèque moueri queat, ac propter ser- monem ex aduerso pugnantem libertate careat: tum vero ea, que de Deo suscipitur, tante

A iiij

D. IOANN. DAMASCENI

plus habet difficultatis, quanto maius subiectum est, & zelus ardenter, & periculum grauius. Et qua tandem fiducia subnixi atque erecti metum hunc depellemus? mentis, an sermonis, an auditus? cum in tribus his periculum veretur. Nam & intellectu res diuinis percipere ardorem est, & verbis explicare perdifficile, & purgatas aures nancisci maioris laboris & difficultatis.

Quid est, quamobrem quisquam laudabilem ascensum cuipiam inuidet? Ac rursum, quis perinde granis casus, atque elatione transfigi, nec hinc ascensus humpitatam compertam habere, quantumque adhuc à vero fastigio absit, qui mortales omnes sublimitate vincit? Praestat in rationibus ac disputationibus duce spiritu laborare, quam, dum otium & tranquillitate consuetamur, prompte in impietatem ruere.

Nec aerem vniuersum quisquam inquam spiravit: nec Dei essentiam prorsus, aut mens concepit, aut vox complexa est.

Incerti. Aliud Theologia & genus ipsius, quorum animus omni ex parte purgatus est, conuenit, hoc est maximè verum: aliud quod abiectionibus quadrat, illud nimurum, quod eorum animum ad pietatem & virtutem allicerere potest, per mutuum commercium eos à vita ferina abstrahens.

Cyrilli. Quod tandem illud lumen est, quo tenebrosum hoc humanae naturae antrum in hac praesenti vita collustratur? An fortasse id sibi frustra cupiditas nostra intuendum proponit, quod percipi non potest? Quenam enim in nobis tanta orationis facultas est, ut eus, quod queritur, naturam peruestigere poscit? Quisnam tantam nominum ac vocabulorum significationem communisci queat, ut summi illius luminis notionem nobis, pro eo ac dignum est, afferat? Quoniam nomine id, quod immortale est, appellemus? Quoniam modo id, quod forma vacat, ostendamus? Quoniam pacto id oratione complectar, quod magnitudine, quantitate, qualitate ac figura caret, quod nec in loco nec in tempore inuenitur, quod ab omni circumscriptione, ac definitionis specie se invenit est: cuius opera vita est, atque omnium, quae secundum bonum intelliguntur, procreatio? Verum ne sermo noster incassum laboret, dum ad ea, quae comprehendendi nequeant, se porrigit (neque enim fieri potest, ut hoc sub cognitionem cadat) curiosè ista inquirere desinamus, hoc tantum ex his, quae à nobis quae sita sunt, utilitatis consecuti, quod per ea notionem quandam magnitudinis, omnem dicendi facultatem excedentis, animo & cogitatione nobis effinximus. Porrò quo sublimius cognitione nostra bonum illud esse credimus, è maiore luctu afficiemur: quoniam nos quondam hoc bono, quod omnem comprehendendi vim superat, fruebamur.

Chrysost. Divina natura captum omnem excedit, atque in celum excurrit. A persequentibus I capi non potest: ad eos autem, qui fide prediti sunt, appropinquat.

Didymi. Humanæ dictiones Dei essentiam interpretari nequeunt.

Nili. Interdum etiam de diuinis rebus differere conantur: ubi nec veritatem assequi possumus, & conjecturis vici periculose est.

Philonis. Si Deum queris, o mens, antequam ad querendum te compares, à teipsa excede.

DE AMORE ET TIMORE DEI: ET QVOD
omne bonum superent. CAP. IIII.

Gen. 22.



T clamauit angelus Domini ad Abraham de celo, dicens, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.

Deut. 10.

6.

Et nunc Israel, quid Dominus Deus petit à te, nisi ut timeas Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius? Diliges Dominum tuum ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.

Ps. 24.32.

33.

Firmamentum est Dominus timentibus se. Timeat Dominum omnis terra. Ecce oculi Domini super metuentes eum. Immetit angelus Domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Timete Dominum omnes sancti eius. Initium